

Visual Library Portal


Digitalisierung von Drucken des 18. Jahrhunderts

**Danielis Gvil. Mollerii Com. Palat. Caes. Histor. Et Metaph.
Prof. Pvbl. Altdorf. Et Vnivers. Bibliothecarii Qvondam
Celeberrimi Dissertatio De Typographia**

Moller, Daniel Wilhelm

Norimbergae, 1727

urn:nbn:de:s2w-2885



DANIELIS GVIL. MOLLERI
COM. PALAT. CAES. HISTOR. ET METAPH. PROF.
PVBL. ALTDORF. ET VNIVERS. BIBLIOTHECARIII
QVONDAM CELEBERRIMI

DISSERTATIO


DE

TYPOGRAPHIA,

CVRA

FRIDERICI ROTH-SCHOLTZII

HERNSTAD. SILES.



NORIMBERGAE ET ALTDORFII
APVD HAEREDES JOH. DAN. TAVBERI,
ANNO M DCC XXVII.



I.



YPOGRAPHIA est ars conceptus mentis, literis præcipue scriptis prolatis, ope atramenti & characterum impressoriorum chartæ inverso scriptionis ordine imprimendi, ad celeritatem æque operarum ac multiplicationem operum consequendam, ante duo jam secula in Germania utiliter inventa, propagata & conservata.

II. Hanc artem jure meritissimo HIERONIM. CARDANUS *de Artib. l. 17.* appellavit Artem nulli nec utilitate, nec dignitate, nec subtilitate secundam; eamque cum omnibus veterum inventis certare posse facillime, BODINUS *method. hist. c. 7.* censuit, quin remedium esse unicum contra tineas & blattas, omnis eruditionis inimicos, jamdudum creditum est verissimè.

III. *Inventor* Artis hujus ingeniosissimæ ab istis Autoribus iste, ab illis ille, ab aliis alius fuisse perhibetur: in eo tamen plerique hodie consentire videntur, Artem hanc non tam SATURNUM, uti CYPRIANO *lib. de idolis* inepte hanc sententiam affinxit PET. CALABER, non THEMISTANEOS, novi orbis populum, uti GENEBRARD. *Chronograph. l. 4.* non Gathajenses indos, ut ZWINGER *in Theat.* non Sinenses, uti JO. PET. MAFFEJUS *hist. ind. l. 6.* putavere, quam Germanos in Germania habuisse inventores; unde PHIL. BEROALDUS iisdem annuens, cecinit:

*O Germania muneris repertrix,
Quo nil utilius dedit vetustas,
Libros scribere qua doces premendo.*

IV. NICOL. quidem TRIGAUTIUS circa principium hujus seculi è Sina in Europam reversus, diligenter, ceu de se ipso perhibuit, Sinensium annalibus excussis in *lib. de reb. Sin. l. 1. c. 4.* *Typographia*, inquit, *apud Sinas antiquior est aliquanto quam apud Europæos: nam à V. retro seculis certum est, ab iis usu receptam: neque desunt, qui asserunt, prius eâ Sinas fuisse usos, quam in hanc mortalitatem immortalis sese Deus abjecisset.* At verò licet forte satius sit hoc

hoc ipsum credere, quam cum molestia eò proficiscendo experiri, tantum tamen abest, ut à Sinensibus ad Germanos illam delatam esse probari queat, ut potius apud Germanos, divina quapiam ingeniorum similitudine, eam inventam fuisse, statuendum sit.

V. Verius autem Germaniæ civibus inventæ hujus artis gloria debeat adscribi, in diversum sententiæ eruditorum hætenus abiverunt. *Moguntia* eam adjudicaturi nunc JOH. GUTENBERGIUM *Argentinesem*, nunc JOH. FAUSTIUM *Moguntinum* nunc PET. SCHEFFERUM *Gerensheimensem*, autores venditant. *Argentina* eam addiscturi. JOH. MENDELINO *Argent.* primas circa Annum 1440. deferunt, cujus famulus domo profugus JOH. Gänßfleisch *Moguntinus* in patriam artis hujus arcana deportavit, atque ibidem magno cum applausu divulgavit. Profecto JO. Schmid de *invent. typogr. concion. I. p. 5.* disertè ait: Wann man die alte ganz ohnyartheyische monumenta, annales und Schrifften/so bey hiesiger Stadt (Straßburg) wolbestellter Cansley befindlich 2c. mit Fleiß durchsiehet 2c. kommet so viel heraus / daß zwar die edle Druckerkunst gar frühe nacher Maynz und andere Ort gebracht / daselbst excolirt und geübt / und auf allerley Weise vermehret : aber doch in dieser Stadt Straßburg / und von einem Straßburgischen Burger erstmahls / durch Göttliche Erleuchtung erfunden worden. *Harlemo* eandem adstructuri. LAURENT. JOH. cognomento *Ædituum*, Custodemque, vulgò COSTERUM sive Kuster dictum adducunt, faginos cortices in literarum typos primò conformare instituentem A. C. 1428. juxta PET. SCRIVERIUM, hincque fortasse MARIANGEUS ACCURSIUS atque Chronicon Colon. primos typographiæ artis in Germania superiori autores mulum ex Donatis apud Hollandos rudi minerva excusis adjutos esse referunt.

VI. Distinguendum ergo fuerit inter absolute sive simpliciter, & inter relative sive secundum quid primam artis typographiæ inventionem, h. e. inter ejusdem primordia, originem, incunabula, initiamenta & rudimenta, atque inter incrementa, divulgationem, accessionem, propagationem & amplificationem: quoad ista pluribus urbibus artis hujus divinissimæ exercitium tribui posse incitias haud erit eundum, quoad illa vero, num alteri quam Argentinesis urbi accepta ferenda sit, dubitare me facit præter Doct. Schmidii prolatum locum, & BOECLER. *Orat. de typogr. An. 1640. Argentor. habit.* libellus quoque ANDR. SCHRAGII, cum tit. Bericht von Erfindung der Buchdruckerey An. 1640. zu Straßburg gedruckt.

VII. Ultra annum à C. N. 1440. indagacionem ejus velle extendere, nescio an cujusquam hodie assensione amplius comprobetur. Sanè librum ante A. C. 1450. quo *Latina Biblia* juxta *Chron. Colon. p. 312.* primum imprimi sunt coepta, usquam locorum extare genuinis chalcographicis prælis excusum, haud facile dixerim. Quod enim *Tractatum de Prædestinatione Spira Anno*

1646. impressum, & in amplissima librisque 20. Mill. constante illustr. Reip. Noriberg. Bibliotheca monstrari solitum attinet, certè quò minus fides ei aliqua adhiberi queat, facit quod *officiale DURANDI à JO. FAUSTO Moguntiaë excusum, & tum Noribergæ, tum Basileaë extans, subscriptionem fini adjectam habet talem: Iste liber non est manuscriptus, sed impressus per mirabile secretum recens inventum.* Si enim XIII. jam annis ante liber aliquis Spiræ fuisset impressus, FAUSTUS non ausus fuisset mirabile suum secretum, tanquam recens aliquod inventum, deprædicare.

VIII. *Ratio Typographiæ Europea à Christoph. Milao in hist. universit. rer. lib. 2. delineata est hac verborum serie: Characteres plumbei pro literarum atq; notarum numero ingeniose fusi, in cellulas sui cujusque generis apissime distinguuntur inde ad eandem, qua scribimus, rationem, expedite seliguntur, componuntur invicem, & quasi colligantur, ut pagina tota equalibus inter se versibus compleantur. Has marginibus ferreis arcte, ne dilabi possint, concludunt typobeta, & diligenter emendant: post atramento, quo hæreat, parato, duabus semipilis mollibus ad convenientem resperionem utentes impressores, prælo subjiciunt ac fortiter comprimunt: sicque justo paginarum numero impresso, iidem typi dissolvuntur, ac in suis cellulis reponuntur, ut reliquis instituti operis partibus effingentis, rursus atque iterum, pro verborum serie, coagmentari possint.*

IX. *Instrumenta in officina ad typographiam necessaria sunt seqq. (I.) Prælum (II.) ergata (III.) Cochlea (IV.) Vedlis. (V.) operculum. (VI.) melantheres (VII.) sepimentum. (VIII.) clavus. (IX.) forma. (X.) columna (XI.) intercolumnium. (XII.) subula. (XIII.) loculamentum. (XIV.) nota sive litera. (XV.) spatium. (XVI.) Quadratum. (XVII.) norma linearis. (XVIII.) retinaculum. (XIX.) capsula. (XX.) scapha. (XXI.) papyrus. (XXII.) atramentum. (XXIII.) characteres typographici.*

X. *Horum varia solent esse genera, e. g. (1.) Missal antiqua. (2.) Canon antiqua. (3.) Roman antiqua. (4.) Paragon antiqua. (5.) Tertia antiqua. (6.) Mittel antiqua. (7.) Cicero antiqua. (8.) Garmond antiqua. (9.) Petit antiqua. (10.) Nonparel antiqua. (11.) Paragon cursiv. (12.) Tertia cursiv. (13.) Mittel cursiv. (14.) Cicero cursiv. (15.) Garmond cursiv. (16.) Petit cursiv. (17.) Nonparel cursiv. conf. HIERON. HORNSCHUCHIUS in 'αἰδοτυπογραφεῖ, sive instructione typographica.*

XI. *Persona adjuvantes sunt potissimum, Compositor, Corrector, Impressor, & quidem Compositor & Impressor non omnino debent esse rudes, sed aliquali saltem Grammaticæ cognitione instructi, Corrector autem non levi, sed solida omnigenaque eruditione fulgeat, necesse est: Sic FRID. SILBURGIUM apud WECHLIANOS, KILIANUM apud PLANTINIANOS, SIGISM. GELENIIUM apud FROBENIOS, NICOL. GERBELIUM apud SCHURERIIUM Argent.*

ERAS-

ERASMUM ROTERODAMUM apud THEODORICUM MARTINUM Lovanienf. Correctorum munere functos fuiſſe ſatis ſuperque conſtat.

XII. Denique notatu haud indigna eſſe arbitror, quæ JUST. LIPSIUS in *praef. ad Critic.* ſubmonuit: *Typographia bona ſane ſtudiorum nutritrix, ſed audax ſepe, lucricupida, & que non minus verè corruptrix librorum audiet, quam propagatrix.*

F I N I S.

Π Ρ Ο Δ Ρ Ο Μ Ο Σ,
 ΤΥΠΟΓΡΑΦΙΚΟΣ.

Typographia vox eſt Græca à τυπώω, formo, ſculpo, quaſi literarum *Nominis* ſive formarum Impreſſio, γραφή enim picturam, & lineamentorum *origo.* impreſſionem ſignificat, & γράφα ſcripturam &c. Definiri autem poteſt, *Definitio.* quod ſit ars, qua literarum quarumvis typi ſive formæ ita connectuntur & aptantur, ut atramento perlita, & torculari expreſſa, ſui imaginem Papyro, aut alteri materiæ imprimat, & voces non modo integras, ſed & narrationes & volumina legere volenti reddant. BEYERLINCK in *Theatro Vita humana Tomo VII pag. 235.*

Typographica eſt ars, qua conceptus hominum, literis metallicis & aliter *definitur.* atramento, mirâ celeritate imprimuntur chartæ: Alſtedius in *Encyclop.* Lib. XXX. Sect. I. p. 1913. Vocatur alio nomine *Chalcographia* à χαλ- alio nomi- κός, quod æs ſignificat, primum enim æneis characteribus uſi putantur *Cha co-* hujus Artis Inventores: quamvis alii dicant ligneis; nunc plerumque *graphia di-* flanneas adhibent. Item dicitur *ars impreſſoria*; & qui eam exercent, *citatur.* Impreſſores & Typographi, quamvis ſtrictius nunc hoc nomine utantur, *Impreſſoria,* ad designandum tantummodo illos, qui mercede laborem ſuum ad hanc artem conferunt, cum illi, quorum gratia & ſumtu operantur, ſe Bibliopolas, à vendendis libris potius, quam excudendis, appellant. BEYERLINCK *Tomo VII, pag. 235.*

Typographia eſt ars qua pluribus literarum characteribus ingenioſè ſuſis, adque ſcribendi rationem apte compoſitis, atramentoque madefa- ctis ac prælo compreſſis libri numeroſo quaſi partu in quam plurima exemplaria in lucem producantur. TYMPIUS in *Theſ. Phraſ. p. 535.*

Icones Bibliopolarum & Typographo-
rum de Republica Litteraria bene meritorum ab
incunabulis Typographiæ ad nostra usque tempora
in lucem

edidit

FRIDERICUS ROTH-SCHOLTZIUS,

Herrnstadion - Silesius, Civis & Bibliopola Norimbergensis & Altdorfius
folio Norimbergæ & Altdorfii apud Hæredes Joh. Dan. Tauberi

A. C. M. D. CCXXVI. Die in diesem Ersten Theile
befindlichen Bildnisse sind folgende.

1. CONRADUS AGRICOLA.
2. JOHANNES BIELCKIUS, *Wickerstadiensis - Thuringius.*
3. JOHANNES FRIDERICUS BRAUNN, *Norimbergensis.*
4. LAURENTIUS COSTERUS, *Harlemensis.*
5. JOHANNES GEORGIUS COTTA, *Porschendorffensis Misnicus.*
6. JOHANNES GEORGIUS COTTA, *Tübingensis.*
7. JEREMIAS DÜMLERUS, *Norimbergensis.*
8. GEORGIUS ENDTERUS, *Senior, Norimbergensis.*
9. WOLFFGANGUS ENDTERUS, *Senior, Norimbergensis.*
10. WOLFFGANGUS ENDTERUS, *Junior, Norimbergensis.*
11. JOHANNES ANDREAS ENDTERUS, *Norimbergensis.*
12. MICHAEL ENDTERUS, *Norimbergensis.*
13. BALTHASAR JOACHIM ENDTERUS, *Norimbergensis.*
14. WOLFGANGUS MAURITIUS ENDTERUS, *Norimbergensis.*
15. GEORGIUS ANDREAS ENDTERUS, *Norimbergensis.*
16. JOH. HINR. GOTTF. ERNESTI, *Geula-Thuringus.*
17. JOHANNES FAUSTUS, *Monguntinus.*
18. WOLFFGANGUS EBERHARDUS FELSECKER, *Bambergensis.*
19. JOHANNES JONATHAN FELSECKER, *Norimbergensis.*
20. SIGISMUNDUS FEYRABENDIUS.
21. JOHANNES FROBENIUS, *Hammelburgensis Francus.*
22. HENRICUS FROBENIUS, *Wandesbeccensis - Holsatius.*
23. CHRISTOPHORUS FROSCHOVERUS.
24. CHRISTOPHORUS GERHARD, *Sudeco - Waldeccensis.*

25. JOHANNES FRIDERICUS GLEDITSCH, *Eschendorffo - Misnicus.*
26. JOHANNES GROSS, *Lipsiensis.*
27. JOHANNES GUTTENBERG, *Argentoratensis.*
28. MARTINUS HALLERVORD.
29. JOHANNES HOFFMANNUS, *Franckenberga - Saxo.*
30. JOHANNES HOLSTIUS, *Stada - Bremenfis.*
31. JOHANNES LUFFT.
32. ANTONIUS MAGLIABECHIUS, *Florentinus.*
33. ALDUS PIUS MANUTIUS, *Romanus.*
34. PAULUS MANUTIUS, *Venetus.*
35. JOHANNES MENTELIUS, *Argentoratensis.*
36. ANDREAS OTTO, *Superiora Polnitza - Saxo.*
37. JOHANNES PETREJUS, *Langendorfsensis.*
38. CHRISTOPHORUS PLANTINUS, *Turonensis.*
39. JOHANNES REGIOMONTANUS, *alias MÜLLERUS.*
40. GEORGIUS RHAUUS.
41. JEREMIAS SCHREYUS.
42. JOSIAS STAEDEL, *Argentinenfis.*
43. ROBERTUS STEPHANUS, *Parisiensis.*
44. ENGELBERTUS STRECK, *Werthornio - Francus.*
45. JOHANNES TAUBER, *Rochlicensis Misnicus.*
46. JOHANNES DANIEL TAUBER, *Norimbergensis.*
47. ANTONIUS VITRE.
48. BENJAMIN WEDELIUS, *Geringswalda - Misnicus.*
49. JOHANNES ZIEGER, *Sclaicensis.*
50. GODOFREDUS ZIMMERMANN, *Wittebergensis.*

Nota. Die zum Zweyten Funffzig / oder zum andern Theile dieser Sammlung gehörigen Bildnisse / sind auch schon mehrentheils in Kupffer gestochen / und hoffe geliebtes Gott bis nach Ostern damit fertig zu werden.

Nebst dem bringe ich meine Collectanea von der Historie der Buchhändler / Buchdrucker / Schriftgießer / und was sonst hieher gehöret / in Ordnung / und werde solche / so Gott will / unter folgendem Titul ediren:

Compen-

Compendiöses Buchhändler-LEXICON, darinnen die Buchhändler/ Buchdrucker / und Schriftgießer von Anfang bis auf jetzige Zeiten / nach ihrer Geburt/ Absterben/ wo/ und wann sie gelebet; auch welche/ und wodurch/ sich einer vor dem andern/ bey der gelehrten Welt/ verdient gemacht hat/ fleißig ange- mercket werden. Nebst dem wird auch von denen Privilegiis, Freyheiten und Begnadigungen/ von Verleg- und Druckung der Bücher/ vom Nachdrucken/ vom Gebrauch und Mißbrauch des Buchhandels/ und von allen andern Dingen/ die zum Buchhandel gehören/ gehandelt; kurz und deutlich nach Alphabetischer Ordnung beschrieben / und zum Druck befördert durch Friederich Koch- Scholzen/ Nürnberg und Altdorff bey Johann Daniel Taubers Seel. Erben. Historie derer Buchhändler/ wie solche in alten und mittlern Zeiten gewesen. Aus tüchtigen Nachrichten zusammen getragen von Christian Schöttgen/ die andere vermehrte Auflage. 4. Nürnberg und Altdorff bey Johann Daniel Taubers seel. Erben 1722.

Annales Typographici ab Artis inventæ origine ad Annum M. D. opera MICH. MAITTAIRE A. M. 4. Haga- Comitum, apud Isaacum Vaillant, M. DCCXIX. 2. Alphabet 6 $\frac{1}{2}$. plag.

Annales Typographici ab Anno M. D. ad Annum M. D. XXXVI. continuati. Opera MICH. MAITTAIRE A. M. TOMI SECUNDI PARS PRIOR. 4. Haga- Comitum apud Fratres Vaillant, & Nicolaum Prevost, M. D. CCXXII. 2. Alphabet 6 $\frac{1}{2}$. plag.

Annales Typographici ab Anno M. D. ad Annum M. D. XXXVI. continuati. Opera MICH. MAITTAIRE A. M. TOMI SECUNDI PARS POSTERIOR. 4. Haga- Comitum, apud Fratres Vaillant, & Nicolaum Prevost M. D. CCXXXII. 2. Alphabet 13 $\frac{1}{2}$. plag.

Incunabula Typographiæ, sive Catalogus Librorum Scriptorumque proximis ab inventione Typographiæ annis, usque ad Annum Christi M. D. inclusive, in qua- vis lingua editorum; Opusculum sæpius expetitum, Notisque Historicis, Chronolo- gicis & Criticis intermixtum accurante CORNELIO à BEUGHEM, Embric 12. Amstelodami, apud Joannem Wolters 1688. 8 $\frac{1}{2}$. plag.

Bericht an den Buchbinder.

Hans Luffs Bildniß kommt vor den Titel.

Georg Rhauens Bildniß pag. 36.

Johann Gurrenberg / Johann Faust / Johann Mentzel und Jo- hann Coster werden pag. 114. vor Dan, Guil. Molleri Diss. de Typographia ges- bunden.

